

## Zweiter Theil.

Ouverture, von Mozart.

Messe, von Joseph Haydn.

KYRIE eleison! Christe eleison! Kyrie eleison!

GLORIA in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis. Laudamus te, benedicimus te, adoramus te, glorificamus te, gratias agimus tibi, propter magnam gloriam tuam. Domine Deus, rex coelestis, Deus Pater omnipotens. Domine Fili unigenite, Jesu Christe, Domine Deus, agnus Dei, filius Patris; qui tollis peccata mundi, miserere nostri! qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram! qui sedes ad dexteram Patris, miserere nostri! Quoniam tu solus sanctus, tu solus Dominus, tu solus altissimus Jesu Christe. Cum sancto Spiritu in gloria Dei Patris. Amen.

CREDO in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem coeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium! Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, et ex Patre natum ante omnia secula! Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de coelis; et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine, et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas. Et ascendit in coelum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria, judicare vivos et mortuos; cujus regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum, Dominum et vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit; qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur; qui locutus est per Prophetas. Et unam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam. Confiteor unum baptisma, in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum, et vitam venturi seculi. Amen.

SANCTVS, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt coeli et terra gloria tua. Osanna in excelsis! Benedictus qui venit in nomine Domini!

AGNUS Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nostri! Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

---

*Einlass - Billets zu 16 Groschen sind bei dem Bibliothek - Aufwärter Schröter und am Eingange des Saals zu bekommen.*

Der Anfang ist um 5 Uhr.

MTJ 2018 1977